Solomon King of Israel
1036. a. 15
2.

CANTICVM CANTICORUM.

Quod est

SCHELEMONIS

De

MEDICINA VNIVERSALI.

Additus est

LEO RUBEUS ANTIPODAGRICVS FIXVS.

In ſuperiore Sphæra
Eſt Vena media Frontis
Vena, quæ eſt Regula
Philoſophorum prima.

CANTICVM CANTICORVM.

Quod est,

SCHELOMONIS.

DE Authore Cantici Canticorum, ut perpetuus est consensus, Sapientissimo Rege Salomone: Ita de materia dissensus.

Qui in divina investiganda & explicandâ versantur, varias opiniones habent.

Hebræorum Rabbini Epithalamium nuptiis Salomonis cum filia Pharaonis Vaphrie Ægypti Regis, & Hazoris, Megiddonis, Gazaræ expugnatoris celebratis, destinatum censent.

Talmudiſtæ de conjunctione Dei & Synagogæ interpretantur.

De anima fideli Tropologiſtæ.

De Ieſu Chriſto & Virgine Maria Romani.

De politia Germani, quæ Salomonis tempore in pulcherrima pace floruerit.

Galli ſcriptum Dramaticum Regis pacis.

Ieſu Chriſti, cum Eccleſia ſponſâ ſuâ.

Conſtituunt: & encomium ſpirituale

Conjunctionis & auguſtiſſimæ deſponſationis, quam Magnus Gentium Apoſtolus τὸ μυστήριον μέγα Eph. 5. v. 32. vocat.

Statuunt. In quo introducuntur colloquentes ſponſus,

Sponſa & amici & amicæ utriuſque

usque huic connubio gratulantes, &c.

Qui sapientiam humanam cognitionis finem habent: *De Lapide benedicto illam intelligunt omniam Sophorum encomiis decantato. In hac enim solutionem grossi in subtile, obscuri in lucidam, humidi in siccum, volatilis in fixum egregiè & regiè describi arbitrantur.*

Materiam & formam creatam à Deo per naturam cap. 1. v. 5. & 6. subjectum v. 8.

Lilium artis ca. 2. v. 1. præparatio vel separatio puri ab impuro cap. 2. v. 4.

Ignis directio cap. 2. v. 7. & cap. 4. v. 16.

Vasis definitio cap. 2. v. 9. & cap. 5. v. 4.

Sigillum Hermetis c.4.v.12.
Putrefactio cap.3.v.1.
Sublimatio & distillatio cap. 3.v.6.
Coagulatio & colorum apparatio cap.5.v.9.10.11.12.13.14.
Fixatio c.2.v.12. & c.8.v.4.
Trium principum colorum distinctio, nigri cap.1.v.5. albi cap. 5.v.10. rubei v.10.
Quatuor partes ad perfectam praparationem anni Philosophici: Hiemis quo putrefactio c.2.v.11. Veris, quo colorum apparatio c.2. v.12. Æstatis, quo citrinatio c.2. v.13. Autumni, quo rubificatio cap.2.v.13. educendi Tempus cap.8.ver.4.
Multiplicatio cap.6.v.7.
Augmentatio & usus cap.8.v.8.

Explicatio

EXPLICATIO.
DE SVBIECTO.

VNum est in mũdo obiectum, omnium, quod propriè dicitur Philosophorum, album & rubeum in se continet, Vnum masculus, aliud fœmina nuncupatur. Animale, vegetabile ac minerale nullum reperitur tale: activam vim habet & passivam, substantiam mortuam ac vivam secum habet. spiritum, corpus & animã: quã vocant ignari rem vilissimã, quatuor continet elementa, ubiq; est & reperitur, ab omnibus communiter habetur, parvo redimitur pretio, 1 lib. habetur pro uno solido: Res est, quam Terra producit, & de cœlo descendit, & dicitur aquila nostra, magnesia nostra, Leo noster viridis & ovũ nostrũ.

2 DE PREPARATIONE.

PRæparatio ejus est sola coctio supra ignem. Primò lenta, modesta in medio, fortis in fine, ascendit per se, nigrescit, descendit, & albescit, crescit & decrescit, pallescit & rubescit, nascitur, moritur, resurgit, postea in æternum vivit.

SVMMA.

Centrum universi quæratur, inventum purgetur, purgatum solvatur, solutum coquatur, coctum matureiur, maturum figatur. Fixum fermentatur, & sic habebis Medicinam summam.

FINIS.

Mi frater hæc lege, perlege,& perpende, clarius nunquam invenies. Nam si adhuc fueris ingenio tardus, nunc nunquam hujus artis etis gnavus, plura vide in his Tabulis synopticis.

DEO GRATIAS.

MOnas Philosophorum corpus quoddam terrestre in cētro cētri latens possidet, quo sit actuandum divina potentia sive verbis tacet,cui nunc actuando Lunaris & Solaris est influentia genetica. Nam sicut

ſicut homo de terra creatus non generat hominem de terra, ſed ex ſemetipſo, nutritur autem homo ex terra indeque ſui incrementum capit, ut generare poſſit, ſimiliter aurum & argentum, oportet autem ut prius nutriantur primordiali ſubſtantia, eademque pura, nutrix enim ejus terra eſt, quæ eſt, ut genuino ſuo nomine dicam.

SVLOB SVEBVR.

Id eſt lapis unus, & res una, hæc colligitur cautè cum gaudio, generatur ſine omni pre-

pretio. Apud apothecas non invenitur. Nam omnis res ex apotheca, quæ aliquo emitur pretio, sive magno, sive parvo, mendax & inutilis reperitur in hoc artificio, hæc enim margaritæ in plateis colliguntur, & pedibus calcantur, quas si habueris, procede cum ipsis ut in tractatulo diximus: primo destilla aquam pallidam, inde pluviam, postea augmenta ignem, & sequetur Spiritus fœtidissimus à quarum fœtore cavendum, adhuc augmẽta ignem, emanabit oleum rubicundissimum, deinde fumus sequitur

tur albus, & ſic augmenta ignem, quouſque omnis fumus exiverit, poſtea infrigida, & in fundo vaſis eſt terra nigra, ſpongioſa, quam ſeparabis ab igne ſuaviter cum magno ingenio, dixi.

Benedictus Deus in omnibus operibus ſuis.